



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. VI. Satisfactio fieri potest per opus præceptum: neque requiritur intentio satisfaciendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)



um ex eod. Doct. Scia. phico.

orationem suam. Tamen si generaliter loquamur, dicendum, quod in satisfactione tria sunt, scilicet ratio culpa, & contra hanc valet maxime oratio. Secundum est augmentum gratia, & ad hanc maxime valet elemosyna; quia homo facit sibi amicus, qui impetrant gratiam. Tertium est solutio pena, & hoc maxime est in ieiunio: & hoc est infimum in satisfactione; alia duo preponderant. Hec Doctor Seraphicus.

Quibus non immoror, quia nihil certi licet enim ieiunium sit magis penale, quam oratio vel elemosyna, & ideo ex hac parte magis aptum ad solutionem pena, equidem oratio & elemosyna, quia ista actus Religionis, & haec actus Charitatis, quae sunt praestantiores virtutes, excedunt in bonitate seu honestate ieiunium, utpote actum inferioris virtutis, scilicet temperantiae. Jam autem (ut supra diximus) ad effectum extinctionis pena non solum attenditur penalitas, sed etiam honestas seu bonitas, id est, penalitas non nuda, sed ut dignificata per honestatem & bonitatem actus.

120. Lugo existimat elemosynam esse magis satisfactionem, quam ieiunium. Luc. 11.

Et ideo iuxta communem Theologorum doctrinam (ut vult Lugo disp. 24. n. 33.) elemosyna est magis satisfactoria, quam ieiunium. De illa scriptum est Luc. 11. v. 41. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, non praecise propter impetrationem gratiae, quia saepius illi, quibus datur elemosyna, non impetrant gratiam danti elemosynam; sed magis arbitror propter extinctionem pena temporalis, quae restabat in altera vita solvenda.

D. Aug.

Quidquid sit de hac comparatione, optimum consilium est D. Augustini Serm. 59. de temp. circa finem: Qui vult orationem suam volare ad Deum, faciat illi duas alas, id est, elemosynam & ieiunium. & ascendat celeriter, & exaudietur. Idem iisdem penè verbis consultit Enarr. in Psal. 42. in fine: Vis orationem tuam volare ad Deum? Fac illi duas alas, ieiunium & elemosynam. Nam (teste Raphaële Angelo, uno ex septem, qui adsunt ante D. minum)

76. 12. 2. 1. & 9.

Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna, magis quam thesauros auri recondere: quoniam elemosyna a morte liberat, & ipsa est quae purgat peccata, & facit invenire misericordiam & vitam aeternam.

Si autem à me queritur, Primò; An haec opera sint satisfactoria, etiam dum praeccepta sunt iure naturali seu positivo? Secundò; An procedere debeant ex intentione satisfaciendi? Responso erit

CONCLUSIO VI.

Satisfactio fieri potest per opus praecceptum: neque requiritur intentio satisfaciendi.

Contra primam partem Svarius disp. 37. sect. 4. nu. 1. citat Scotum 4. dist. 15. q. 1. ubi (inquit) satisfactio definit debere esse ex indebitis; quod exponit de debito praeccepti, ut videre etiam licet in q. 2. arg. 1. cum solutione.

Fateor: Scotus q. 1. satisfactionem debet non debere esse ex indebitis, sed quod exponat de debito praeccepti, non reperio in tota Antiqua illa quaestione.

Quantum ad qu. 2. n. 35. sic ait Doctor Ad argumenta. Ad primum, patet in prima particula art. ultimi, propter quam rationem quis non tenetur ad restitutionem, ut ad satisfactionem proprie dictam, quae est 3. pars Penitentiae: sed tenetur ad eam, ut ad cessationem à peccato, & hoc actu & effectu cum circumstantiis debitis vel opportunis. Ubi tantum loquitur de restitutione, non autem de omni alio praeccepto, v. g. de ieiunio, auditione Missae &c. Deinde non de omni satisfactione, sed loquitur de sola satisfactione sacramentali, quae regulariter (nisi aliud Confessarius declaret) intelligitur de opere alio indebito ex praeccepto, ut constabit ex huiusmodi Sectione sequenti.

Porò de restitutione sic discursit Scotus in prima particula articuli ultimi q. 2. n. 28. Sicut auferre alienum est peccatum mortale contra praecceptum divinum negativum: Non furum facies; ita & tenere alienum: & ideo sicut negativum est servare praeccepta negativa, ita necessarium est non tenere alienum domino invito; & per consequens vel actu statim reddere, vel saltem velle reddere, cum fuerit opportunitas. Unde non est restitutio faciendae necessarid ut pars quaedam satisfactionis, neque generaliter accipiendo satisfactionem, neque specialiter. Generaliter enim accepta redit pro peccato aequivalens ei, in quem peccator non sic restituere; quia absque omni redactione pro peccato, posset reddi proximo, quod suum est, sicuti in mutuis redditur creditor absque omni satisfactione, pertinet ad reconciliationem peccatoris.

Consimiliter non est satisfactio specialis, quae est 3. pars Penitentiae; quia de congruo requiritur restitutio in re, vel in voto, ante omnem partem Penitentiae, sicut cessatio voluntate vel factio à peccato: sed satisfactio, quae est 3. pars Penitentiae, non requiritur ante alias duas partes Penitentiae, immò sequitur Contritionem & Confessionem ut iniuncta à Sacerdote. Restitutio autem non iniungitur à Sacerdote,

Sect. Sacerdote, si peccatis: si quod alteram, restituit à peccato, vel mox habebis Penitentia non est capax nisi ad Penitentiam alienam est, non est usque Scotus

123. Non negat Scotus restitutum posse esse satisfactorium.

Videamus exponat ly secundum sint necessarii nullatenus dumtaxat, necessaria, pertinentem a Deo, non quod tionis, sive nem, sive foret facienda necessaria, sive non negat affirmans ea absque omni li Purgatorie Sacerdotis An autem possit etiam riam assumptam alio modo disputat ibi negat. Male negans solida r gimus lente opera, alio positivo, po qua satisfactio

Ratio à opera illa h actionem p ut colligitur cap. 10. ibi & Ecclesie, cepta, coope que magis in, rificatis an plene illis qui d vine legi p aternam su decesserint, sentur. Qu tificasse pr fuerint ope

124. Probatur Concl. ex Concilio Trident.



Sect. 12. De Satisfactione secundum se. Concl. 6. 877

Sacerdote, sed à lege divina. Et est simile in aliis peccatis: si quis teneret fornicariam, vel magis adulteram: restituere eam vino suo, non est nisi cessare à peccato, vel à transgressione huius præcepti: Non nocet haberi; & istud præcedit omnem partem Penitentia accepta: & ideo sicut tenens adulteram non est capax Penitentia, sed irrisor: & si talis veniat ad Penitentiam, addit peccatum peccato; ita detinens alienum & voluntate & facto, dum talis est, non est capax alicuius partis Penitentia. Huc usque Scotus.

Videamus, si ex his colligi possit, quod exponat ly Indebitus, de debito præcepti, quali secundum ipsum ad omnem satisfactionem sint necessaria opera non præcepta. Et dico, nullatenus id colligi ex istis verbis: sed hoc dumtaxat, quod restitutum in re vel voto sit necessaria, etiam absque omni satisfactione, pertinentem ad reconciliationem peccatoris cum Deo, non quasi sit incapax huiusmodi satisfactionis, five generaliter accipiendo satisfactionem, five specialiter; sed quod restitutum foret facienda, scilicet nullam haberet rationem satisfactionis. Non est (inquit Scotus) restitutio facienda necessario, ut pars quadam satisfactionis. Non ait: Non potest fieri restitutum, ut pars quadam satisfactionis; sed: Non est faciendum necessario, ut pars quadam satisfactionis. Non negat possibilitatem, sed necessitatem, affirmans eam necessariam ex præcepto divino, absque omni satisfactione pro pena temporali Purgatorii, & independentem ab injunctioe Sacerdotis.

An autem per impositionem Sacerdotis possit etiam esse satisfactoria, vel per voluntariam assumptionem peccatoris ex amore Dei, aut alio motivo honesto supernaturali, non disputat ibi Doctor, adeoque nec affirmat, nec negat. Malè ergo à Suario citatur pro sententia negante, quæ minus communis est, & minus solidis nititur fundamentis. Ideoque elegimus sententiam affirmantem, scilicet per opera, alioquin præcepta ex jure naturali vel positivo, posse satisfieri, saltem generaliter; de qua satisfactione hic tractamus.

Ratio à priori, est voluntas Dei, quæ opera illa honesta & pœnalia acceptat in satisfactionem pro pœna temporali alterius vitæ, ut colligitur ex Concilio Trident. sess. 6. cap. 10. ibi: Per observationem mandatorum Dei, & Ecclesie, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante Fide bonis operibus, crescunt atque magis iustificuntur. Et cap. 16 ibi: Nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quò minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, à divina legi pro huius vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censentur. Quicquid etiam censerit possint verè satisfecisse pro pœna temporali? Possunt placè, si fuerint opera pœnalia.

Nonne gratia & vita æterna præstant extinctioni pœnæ temporalis? Si ergo opera bona ex hoc præcisè, quia debita ex præcepto, non perdunt vim merendi gratiam & gloriam; cur opera bona & pœnalia perderent vim satisfaciendi, quæ minor est? Non apparet ratio disparitatis, ut patebit magis ex infra dicendis.

Præterea, nonne Ecclesia præcipit jejunium etiam propter satisfactionem? Da quesumus Domine nostris effectum ieiunii salutarem, ut satisfragato carnis assumpta ad nostram vegetationem transeat amaram. Ita orat Sabbato ante Dominicam 3. Quadragesimæ. Et S. Leo Papa. Papa Serm. 4. de Quadrage. sic ait: Magna divina institutionis salubritate provsum est, ut ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mēderetur, in quibus aliorum temporum culpas & pia opera redimerent, & ieiunia casta decouerent per extinctionem pœnæ temporalis.

Et verò quid clariùs, quàm jejunia imposta per Confessarium satisfacere pro peccatis ex opere operato? Si obligatio, quæ oritur ex illa impositione, non tollit ab illis jejunia aut aliis operibus vim satisfaciendi ex opere operato; cur obligatio, quæ oritur ex præcepto Ecclesie aut alterius Superioris, auferet vim satisfaciendi ex opere operantis? Nimis certum est eum, qui ratione confessionis Fidei, ad quam hic & nunc obligatur ex præcepto divino, patitur gravissima tormenta, non propterea minus satisfacere, quàm si illam confessionem absque peccato hic & nunc posset declinare.

Non possum negare, quod affirmat Apostolus 2. Corinth. 9. v. 7. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: bilarem enim datorem diligit Deus; sed puto id intelligendum de necessitate coacta seu invita, non autem de necessitate amata, vel necessitate obligationis ad actum virtutis, quæ fiat cum voluntate æquè prompta, & æquè, immò magis, virtutem amante.

Enimverò cæteris paribus magis honestum & laudabile videtur, facere aliquid ex præcepto, quàm absque illo: quoniam huiusmodi opus præter propriam honestatem v. g. temperantia, habet fructum seu honestatem obedientia. Quicquid ergo cæteris paribus sit magis gratum Deo? Quippe non spectat Deus utilitatem, nec querit lucrum ex operibus nostris (veluti homines, quibus propterea magis grata est liberalis oblatio seu donatio pecuniarum, quàm solutio debiti pecuniarii) sed considerat dumtaxat honorem, & querit solum honorem ex operibus nostris; ac proinde hoc semper illi gratius est, quod melius.

Ex quo sic argumentatur Lugo disp. 24. n. 35. Tota condignitas satisfactionis fundatur in eo, quòd homo laudabiliter se castigat,

125. Item ex sententia Ecclesie.

S. Leo Papa.

& præcepto Confessarii.

Explicatur quod ait Apost. 2. Corinth. 9. v. 7. Unusquisque prout...

126. Magis honestum videtur facere aliquid ex præcepto, quàm absque illo.

Ex quo inferre Lugo etiam esse magis iustitiam factoriam.



eo ipso placet iram Iudicis, ne illum iterum puniat: ille autem, qui ex præcepto se castigat, non minùs, sed magis laudabiliter se castigat; non enim minùs, sed potiùs magis honestum & laudabile est, cæteris paribus, facere aliquid ex præcepto, quàm absque illo: ergo magis placet Deo, & per consequens magis placet illum ejusmodi castigatio per opera præcepta, quàm per spontanea.

127. Obiectio.

Sed contrà: magis placet Deo, & per consequens magis placet illum duplex jejuniùm, quàm unicum; ergo magis placet Deo, & per consequens magis placet illum castigatio per opera spontanea, quàm per præcepta. Probatur Consequentia: quia castigans se per jejuniùm spontaneùm, insuper castigabit se per jejuniùm præceptum; suppono quippe, esse præceptum independentè à priori castigatione per jejuniùm spontaneùm: at verò dum assumitur jejuniùm aliunde præceptum, patet quia unicum remanebit; ideo enim assumitur, quia pœnitens non vult secundo jejuna- re, sed semel tantùm.

Solvitur.

Respondeo; ideo dictum esse in argumento: *Cæteris paribus*; hic autem non sunt cætera paria, ut patet. Calus ergo est & quæstio, quis magis satisfaciat ex opere operantis, ego qui jejuno absque præcepto, v. g. Confessarii, aut alterius Superioris, an alius qui jejunit ex tali præcepto? Et in hoc casu videtur argumentum Lugonis concludere; si adhuc cætera sint paria, v. g. intensio actûs interioris, & similia: nam tanta posset esse intensio, & consequenter bonitas voluntatis jejunandi spontaneè, & tanta remissio voluntatis jejunandi ex præcepto, ut Deo longè acceptior foret sola bonitas temperantiæ prioris voluntatis, quàm bonitas temperantiæ & obedientiæ posterioris voluntatis; ac proinde gratior & magis placans Deum prior castigatio, quàm posterior.

128. Probat. Concluf. ex ratione.

Quidquid sit de hoc excessu (de quo Conclusio nihil decernit) sufficit nobis, quòd opus præceptum sit verè satisfactorium, si non de omni rigore justitiæ; æquidem simpliciter eo modo, quo purus homo potest Deo satisfacere. Hoc autem modo esse satisfactorium, probo tribus verbis: Præceptum nec tollit libertatem indifferentiæ, nec bonitatem, nec pœnam; ergo nec satisfactionem, puro homini possibilem, id est, moraliter æqualem juxta leges justitiæ vindicativæ, & communem providentiam divinam, quæ omne opus liberum, bonum & pœnale acceptat in satisfactionem pro pœna temporali, tamen, si rigore justitiæ uti voluisset, potuisset sola supererogationis opera in satisfactionem exigere & acceptare.

Fundamentum oppositæ sententiæ.

Atque nihil aliud probat fundamentum contrariæ sententiæ, quod hic subijcio: Non potest quis satisfacere duplici debito eadem solutione; quia jam non esset æqualitas: ergo

si opus est debitum ex præcepto, non potest eodem solvi debitum ex peccato; ratione enim commissi peccati tenetur quis specialem pœnam subire.

Respondeo concedendo totum; si verum est, quòd purus homo possit & debeat debeat, omni rigore justitiæ satisfacere: sed quia hoc falsum est, ideo admissio Antecedente, quando utrumque debitum est propriæ justitiæ respectu ejusdem, & ordinatur ex peculiari sua conditione ad res diversas, Neg. Consequentiam; nam in primis debitum præcepti, solum videtur esse debitum obedientiæ vel temperantiæ, aut alterius similis virtutis, non autem justitiæ propriè dictæ (ut Multi docent) de qua alibi disputavimus. Huic autem debito satisfacere, nihil aliud est, quàm facere id, quod justum est; quod quidem per se dignum est laude & gratum Deo, & ideo meritorium; cur ergo si etiam pœnale sit, non poterit esse satisfactorium? Præsertim cum præceptum satisfiat per actionem bonam ut talis est, præstendendo à pœnalitate; præceptum enim per se ad actum virtutis obligat ergo pœna accidentaria est: ergo per hanc pœnam solvi potest illa, quæ peccato debetur.

Si autem & ipsum præceptum, seu potius præcipiens, pœnam intendat, quod per accidens est, v. g. quando actum pœnale præcipit ad finem satisfactionis, estò etiam ad finem illum legislatoris, lex illa obligaret, æquidem hæud dubium quin tali pœnâ satisfaciatur tam præcepto pœnali, quàm pœnâ debite in Purgatorio, cum hanc satisfactionem intendat præcipiens, adeoque, nisi possit habere illum effectum, inutiliter præcipiat; ac proinde præceptum non obliget, tamquam irrationabile; quippe irrationabile est, præcipere v. g. jejuniùm ad finem satisfaciendi, si tale jejuniùm non sit satisfactorium.

Et verò qui ex voto debet calicem Ecclesiæ, si accedat præceptum de eodem calice dando, nonne satisfaciatur utrique obligationi, dando unum calicem? Ergo si debeo jejuniùm pro pœna peccati commissi, estè accedat præceptum Superioris de eodem jejuniò, satisfaciatur utrique obligationi per unum & idem jejuniùm.

Planè (reponit quispiam) satisfacies: sed de hoc casu non queritur. De quo ergo? Quando ex præcepto Superioris debetur unum jejuniùm, estò nullum præcessisset peccatum, & ex commissio peccato debetur alterum seculare quocumque præcepto Superioris: ergo saltem tunc non poterit utrique debito satisfieri per unicum actum jejunii. Quemadmodum si debeas unum calicem Ecclesiæ ex voto, & alterum ex testamento, non satisfacis dando unicum, quod enim ex voto donas, non solvis: & vice versâ, quòd solvis ex vi testamenti, non donas. Similiter si debeas

Señ...  
beas 100.  
fureris ab  
semel 100.  
Responso. Respon  
ex subje  
mutativa  
solutionis,  
salvatur in  
aut jura fun  
bitis legal  
injunctâ,  
gillatoris:  
in unum &  
unico actu  
V. g. teneo  
per totum a  
sine jejunare  
anno incidit  
pro pœnitenti  
diei, sicut  
voto, quâ  
voto, legi  
Dices:  
fessarius po  
Respondeo  
possibilitate  
quenti) q  
sacramentali  
bito ex vot  
plicabitur. E  
fessarius si v  
ponere opus  
Cum igit  
opera pœna  
rales Purga  
plurimum p  
vina, liquida  
supremus I  
per opera pe  
pto vel voto  
superexaltat  
fuisse bonit  
centiæ largit  
quin indebit  
jam debitis  
valeamus.  
Si enim te  
cap. 12. Tar  
ut nostrâ vel  
multis aliis  
tanta sit erg  
nostras velit  
dona, & mu  
cepti aut voi  
cil. Trident  
dans opera sa  
orationes,  
tia, disting  
cepta, & no  
guere debet  
non est ratio



penitentia. precepto, non potest ex peccato; ratione tenetur quis specialiter respondendo totum; si verum non possit & debet debeat satisfacere: sed quia hoc antecedente, quando proprie iustitia respicitur ex peculiari lege. Neg. Consequentiam precepti, solum videtur vel temperantia, non autem iustitia. Multi docent) de quo autem debito satisfactionem quam facere id, quod eodem per se dignum est, & ideo meritum, si non poterit esse cum precepto rationem ut talis est, praeceptum enim per obligationem erga poenam accedant poenam solvi potestur. praeceptum, seu potius tendat, quod per actum poenalem practicum, est etiam ad finem illa obligaret, equidem poena satisfacit tam poenae debet in Purgationem intendat praesens habere illum effectum; ac proinde praecipit, ut irrationabiliter praecipere v. g. jejuniandi, si tale jejuniu

responsio.

131. An Confessarius possit imponere opus praecipuum?

Non est aequa ratio inter opera poenalia huiusmodi sed moralis tantum, quae plurimum pendet ab acceptatione seu lege divina, liquidum constat, quod, si voluisset Deus supremus Legislator, nullatenus satisfaceret per opera poenalia, alioquin debita ex precepto vel voto. Nihilominus quia misericordia superexaltat iudicium, pie creditur tantam fuisse bonitatem Dei nostri, tantam magnificentiae largitatem, ut non solum poenis alioquin indebitis ex precepto aut voto; sed etiam debitis ex precepto aut voto satisfacere valeamus.

beas 100. Petro ex contractu; & insuper furoris ab eo alia 100. non satisfacis dando semel 100.

Respondet; disparitatem petendam esse ex subiecta materia: nam materia iustitiae commutativae consistit in omnimoda aequalitate solutionis, cum debitis aut iuribus, quae non salvatur in unica solutione, quando debita aut iura sunt diversa & plura. At vero in debitis legalibus, ut voti, legis, poenitentiae iunctae, attenditur mens & intentio legislatoris: potest autem intentio legislatoris in unum & idem opus tendere, ita quod unico actu satisfacit legi, voto & poenitentiae. V. g. teneor ex voto jejunare diebus Veneris per totum annum, teneor ex precepto Ecclesiae jejunare Vigiliam alicujus Sancti, quae hoc anno incidit in diem Veneris; si Confessarius pro poenitentia imponat jejuniu ejusdem diei, sciens me aliunde obligatum tam ex voto, quam ex precepto Ecclesiae, satisfacio voto, legi & poenitentiae unico jejunio.

Dices: Hoc est quod quaeritur, an Confessarius possit imponere opus praecipuum? Respondet; praxim Confessorum illam possibilitatem satis probare (de qua Sect. sequenti) quamvis communiter poenitentia sacramentalis intelligatur de opere aliis indebito ex voto vel precepto, ut ibi latius explicabitur. Pro hunc sufficit, quod possit Confessarius si velit, & expedire judicaverit, imponere opus debitum ex voto vel precepto.

Cum igitur non sit stricta aequalitas inter opera poenalia huius vitae, & poenas temporales Purgatorii, sed moralis tantum, quae plurimum pendet ab acceptatione seu lege divina, liquidum constat, quod, si voluisset Deus supremus Legislator, nullatenus satisfaceret per opera poenalia, alioquin debita ex precepto vel voto. Nihilominus quia misericordia superexaltat iudicium, pie creditur tantam fuisse bonitatem Dei nostri, tantam magnificentiae largitatem, ut non solum poenis alioquin indebitis ex precepto aut voto; sed etiam debitis ex precepto aut voto satisfacere valeamus.

Si enim teste Caesestino Epist. pro Prospero cap. 12. *Tanta est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostrae velit esse merita, quae sunt ipsius dona, & multis aliis titulis ipsi debita; quidni etiam tanta sit erga omnes homines bonitas Dei, ut nostras velit esse satisfactiones, quae sunt ipsius dona, & multis aliis titulis, etiam titulo precepti aut voti, ipsi debita? Neque enim Concil. Trident. proponens nobis & commendans opera satisfactoria, jejunia, elemosinas, orationes, & alia pia spiritualis vitae exercitia, distinguit ullatenus inter illa opera praecipua, & non praecipua: ergo nec nos distinguere debemus absque urgente ratione, qualis non est ratio, supra proposita ab Adversariis.*

Sanè non esse eandem regulam observandam in hoc genere satisfactionis, quae servatur in solutione debiti ex iustitia, probat Lugo sup. n. 34. Quia (inquit) si aliquis debeat alteri tres mensuras terrae v. g. non satisfacit huic debito, si calu vel fluminis alluvione creditoris fundo accreverint totidem terrae mensurae ex suo fundo, sed debet dare alias tres; quia quod necessitate perdit, non cedit in solutionem debiti: & tamen flagellis & infirmitatibus, necessitate naturae provenientibus, homo satisfacit pro debito poenae, si patienter toleret. Hæc ille.

Itaque satisfactio nostra pro poena temporali Purgatorii non tam est solutio debiti, quam placatio condigna, vel per voluntariam castigationem, aut certe per castigationem necessariam, patienter, adeoque liberè tolerantam.

Atque hæc erit probatio secundae partis Conclusionis, videlicet: *Neque requiritur intentio satisfaciendi*; quae uti communior, ita verior apparet, quandoquidem Concil. Trident. agens de operibus satisfactoriis tam sess. 6. cap. 14. quam sess. 14. cap. 9. nullam faciat mentionem ejusmodi intentionis, existimo, quia licet illa intentio aliquando possit esse necessaria in solutione debiti ex iustitia (qui enim debet 100. ex contractu v. g. emptionis, si gratis omnino det 100. non liberat se ab illo debito) attamen ad placandum iudicem parum aut nihil videtur conducens ejusmodi intentio; quia poenalis operis propterea non minuitur vel augetur, neque honestas: hæc autem sola sunt, quae placent iudicem, & quae movent ipsum, ne iterato hominem puniat.

Confirmatur exemplo meriti, ad quod non requiritur intentio merendi: uti etiam praecipua tam divina, quam humana, impleri possunt (ut communiter docetur) sine intentione satisfaciendi sive implendi praecipuum, immò cum intentione non satisfaciendi, dummodo fiat id, quod praecipuum est. Enimvero quemadmodum non pendet à voluntate unicujusque extendere obligationem legis non poenalis, ita neque extendere obligationem legis poenalis; eadem quippe est ratio utriusque legis, videlicet; quia sicut solius Superioris est condere legem, consimiliter solius Superioris est eam extendere, & quasi de novo obligare ad alium actum.

Cum ergo poena Purgatorii debeat peccato commisso ex lege divina iustitiae vindicative, non potest homo facere, ut lex illa extendatur ad novam poenam, semel poena persoluta. Ergo consimiliter non potest facere ut lex satisfactionis (si ita placeat loqui) vel potius acceptatio divina, quae acceptantur certae poenae huius vitae, pro poenis Purgatorii, ut (inquam) illa acceptatio extendatur ad no-

132. Non est hic eadem regula obiectiva, quae in solutione debiti ex iustitia.

133. Probatur à pars Concl.

Confirmatur exemplo meriti, ad quod non requiritur intentio merendi.

134. Non potest homo extendere legem divinam iustitiae vindicativam.



ad novas pœnas, semel pœnis persolutis. Sic-  
ut namque solius Dei fuit, illas pœnas deter-  
minare; ita etiam solius Dei est, illam deter-  
minationem extendere. Ostendendum ergo  
foret, Deum determinasse satisfactiones nos-  
tras seu pœnas hujus vitæ, non solum secun-  
dum suam substantiam, sed etiam secundum  
modum intentionis satisfaciendi; quod Ad-  
versarii nunquam ostendent.

Nonne ad veram pœnitentiam remissivam  
peccati seu culpæ requiritur, ut dolor elicia-  
tur ex motivo justitiæ vindicativæ? Quin  
immò melius est, quod eliciatur ex amore  
Dei super omnia, ut Omnes fateri debent.  
Pari igitur ratione melius erit sibi ipsi infligere  
voluntariè pœnam, aut inflictam à Deo pa-  
tienter tolerare ex motivo dilectionis Dei  
super omnia, quàm ex motivo justitiæ vin-  
dicativæ, seu satisfaciendi pro pœna Purga-  
torii. Sufficit ergo, quod materialiter sit actus  
justitiæ vindicativæ.

135.  
Disparitas  
inter satis-  
factionem,  
& solutionem  
debiti ex  
stricta justiti-  
a.

Ex quo festinè cognoscitur disparitas inter  
satisfactionem, & solutionem debiti ex stric-  
ta justitia: nam qui omnino liberaliter dat  
100 florenos, nequidem materialem exercet  
actum justitiæ commutativæ: quid ergo mi-  
rum, si non satisfaciatur illi debitò? Quippe  
res, quæ liberaliter datur, non est illa, quæ  
debetur: hæc enim cum sit aliquo modo al-  
terius, non potest cadere sub liberalem dona-  
tionem; unde non censetur rem debitam  
dare, sed aliam; ac proinde manet debitum.  
Non sic res agitur cum Deo in casu præsentis:  
ipsi enim semper magis placet, & quod melius  
est. Cum ergo subire pœnam ex amore Dei,  
melius sit & perfectius quàm eandem pœnam  
sustinere ex motivo justitiæ vindicativæ,  
quidni etiam magis placeat? Porro quod ma-  
gis placet Deo, etiam magis placet Deum, ut  
superius diximus: ergo magis satisfaciatur qui  
sustinet pœnam ex amore Dei, quàm ex ti-  
more pœnarum Purgatorii, aut ex motivo  
justitiæ vindicativæ.

An fortè existimas, militem aliquem reum  
capitis, qui ex puro amore pro Rege se expo-  
suisset periculo mortis; cessante illo periculo  
nihilominus capite plectendum ideo, quia  
hoc non fecit ex motivo justitiæ vindicativæ,  
sive ad satisfaciendum pro pœna, quam suo  
delicto meruerat? Repugnat æquitati natura-  
li: potissimum, cum præsumendum sit,  
unumquemque id velle saltem implicite & in-  
terpretativè, id est; si interrogaretur, respon-  
deret se velle omnem effectum sui actus, quem  
potest habere, maximè in favorabilibus.

De cætero, veluti non requiritur (ut  
hactenus probatum est) intentio satisfaciendi  
ex parte pœnitentis; ita existimo non esse  
necessarium eundem finem ex parte Dei,  
sed posse satisfieri per flagella patienter tole-  
rata, quæ Deus permittit ob alios fines, ut

edidero Conclusionem sequenti, quæ sic se  
habet:

## CONCLUSIO VII.

Ad satisfaciendum sufficiunt ma-  
la quæcumque temporalia,  
à Deo, vel à causis secundis  
provenientia, patienter tole-  
rata.

Conc. Trident. sess. 14. c. 9. docet, *Tota-  
tam esse divina munificentia largitatem, ut non  
solum pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato  
susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura de-  
biti impostis, sed etiam (quod maximum amoris  
argumentum est) temporalibus flagellis à Deo in-  
flictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum  
Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.*  
Item can. 13. *Si quis dixerit, pro peccatis, quod  
pœnam temporalem, minime Deo per Christi meritum  
satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis,  
vel à Sacerdote immutatis, sed neque sponte susceptis,  
&c. anathema sit.* Cumque hic non fiat distinc-  
tio inter flagella, quæ à Deo infliguntur,  
specialiter propter finem satisfactionis, & in-  
ter illa, quæ Deus permittit naturaliter eve-  
nire ob alios fines, videtur idem de utriusque  
dicendum.

Atque hic est communis sensus fidelium,  
qui dum sentiunt mala temporalia, statim ad Deum  
Dei providentiam confugiunt; & confortan-  
tes se divinæ voluntati, omnino indistin-  
tenter illa accipiunt tamquam à paternæ ejus  
manu provenientes, scientes quod scriptum  
est Amos 3. v. 6. *Si erit malum in civitate, quod  
Dominus non fecerit?* Et planè sic conveniunt  
ad alleviandas calamitates hujus sæculi. Cum-  
que non minus pœnalia sint mala, quæ natu-  
raliter proveniunt à causis secundis, quàm  
quæ specialiter à Deo infliguntur ad finem sa-  
tisfactionis; tolerantia quoque cum patientia  
eadem sit, eademque dignitas (ut suppono)  
ejus, qui patienter tolerat; cur minus satisfacere-  
rent?

Quia (inquis) Deus noluit acceptare, nisi  
flagella à se inflicta pro vindicando pecca-  
to; sicuti non acceptat, nisi pœnas sponte  
susceptas pro vindicando peccato: ita enim  
loquitur Trident. suprâ cap. 9.

Respondeo: omnia mala pœnæ, quæ pro-  
veniunt naturaliter à causis secundis, vel li-  
berè ab iisdem infliguntur, etiam suo modo  
infliguntur à Deo juxta Scripturam præalle-  
gatam: *Si erit malum (scilicet pœnæ) in civi-  
tate, quod Dominus non fecerit?* Quasi Propheta  
diceret: Omne malum pœnæ, quod est in  
civitate, fecit Dominus; adeoque homo lau-  
dabiliter

dabiliter fac-  
tâ manu De-

Quantum  
non additur  
sed tantum  
ceret itaque  
patienter illa

Deinde

mitur in ca-

pressa intent-

precedenti

tem seu in

adest, quan-

pœnas, vel

immediatè,

naturalibus

dixi Concl-

homines, a

pro peccatis

hiè responde-

habent expr-

propterea C-

dicando pecc-

expressa int-

omiserit.

Ratio et

est voluntas

cilio Triden-

quoad flag-

guntur ob fi-

de aliis satis-

Disputan-

nis tenet se

illa flagella

tantur; an

seca propriè

tisfaciamus;

exteriora re-

dictam & p-

est, tamqu-

Sed omni-

progressu ro-

gat exteriori

satisfactioni

luntati. Fu-

per illa ma-

velit nolit

ipsum casti-

Seur. lib. 18. nu-

generalius pr-

communi, qu-

una ratio,

testate agent-

pono) non

sed omnino

sus indeper-

propriè non

venit ab

ad summum

quamvis p-

tur, ipse